



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ethices Christianae, Libri Tres

Daneau, Lambert

Genevæ, 1579

Cap. VII. Peroratio operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41242



CAP. VII.

Peroratio operis.



RUDENTIA quid sit s̄epius dictū
est in toto hoc opere, itēm que quid
charitas, vt iterum definire nihil sit
necessē. Si quis tamen plura de vtra
que requirat, videat de Charitat. Thomam in 2.
2^o quēst. 25. 26. & sequent. De Prudentia verō
quēst. 47. Vnum modō hīc addam. Discretionē
Prudentiæ subseruire, quæ quanta sit virtus ex
his Bernardi verbis Sermo. 49. Cantic. apparet,
Discretio omni virtuti ordinem ponit. Ordo
modum tribuit & decorem, etiam & perpetui-
tatem. Est ergo discretio non tam virtus, quām
quēdam moderatrix & auriga affectuū, & morū
doctrinæ. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipsa
que affectio naturalis in perturbationem con-
uertetur, exterminiūmque naturæ. Hæc Ber-
nardus verissimē. Plura his addi potuerunt. Sed
nos breuitati, quantum licuit, studuimus, &
poterit quilibet per seū vel ex Patribus, vel ex
Philosophorum, vel etiam Poetarum scriptis
excerpere, quæ ad harum virtutum, vel vitiorū
naturam, originem & effecta explicanda, & ob-
seruanda pertinent. Itaque huic operi finem im-
ponimus. Deum per vnigenitum Filium suum
Dominum nostrum Iesum Christum precati, vt
in his, non tanquam in cōtemplatiua & Theo-
rica quadam Philosophia, sola virtutum cogni-
tione contenti versemur: sed cūm huius sc̄iētiae
finem

finem esse actionem antea demonstrauerimus,
ea, quæ hæ virtutes omnes præscribūt, toto ani-
mi conatu efficere, & toto vitæ curriculo præ-
stare obnixè conemur, ac studeamus. Itaque
quæ à tergo sunt oblieti, ad ea, quæ in fronte re-
stant, contendamus, & scopum versus, ut monet
Paulus, feramur, ad palmam supernæ illius vo-
cationis, quæ nobis gratuitò in Christo Iesu est
promissa. Cui sit cum Patre & Spiritu sancto
laus & gloria in æternum. Amen.

F I N I S.